



21
Bl. 89



MAGNANIMO

ET

POTENTISSIMO

CÆSARI,

JOSEPHO,

IN IMPERIO, REGNIS & PROVINCIIS,
AUGUSTISSIMI ET INVICTISSIMI

LEOPOLDI,

ROMANORUM IMPERATORIS,
GLORIOSÆ MEMORIÆ PARENTIS,

CONSILIO ET VIRTUTE,

AMORE ET TIMORE,

TOGA ET MARTE,

LEGITIMO SUCCESSORI:

PIETATIS AMORI,

HOSTIUM PROFLIGATORI,

LANDAVII EXPUGNATORI,

IMPERII ET REGNORUM DEFENSORI,

BAVARIÆ RECUPERATORI,

OPPRESSORUM LIBERATORI,

JUSTITIÆ SPLENDORI,

ORBIS CHRISTIANI PATRI,

DOMINO, DOMINO CLEMENTISSIMO, &c.

SOLENNI DESIDERIUM,

LONGISSIMIS ET LARGISSIMIS MANIBUS,

DEVOTISSIME SUBMISSUM,

ET IN TEMPLO ÆTERNITATIS,

AD MAJOREM DEI GLORIAM,

CÆSARIS PERENNATURAM ADOREAM,

OMNIUM SUBJECTORUM FELICITATEM,

HUMILLIME SUSPENSUM,

Com Licentia Superiorum Anno M. DCCV. Die 1. Julii.

VIENNÆ AUSTRIÆ, Typis Christophori Lercheri, Universitatis Typogr.



SACRATISSIMA CÆSAREA REGIA-
QUE MAJESTAS DOMINE, DOMINE
OMNIUM CLEMENTISSIME.



*I*mpertii Regnorum & Provinciarum gravissimus honor est, sub quo vel ipsi *Atlantes* fortissimi *Monarchiarum* succubuerunt: cum *ORBEM Universum* gerebant suis *humeris*, ejusque totum pondus sustinebant, quod sanè *Regum* cervicibus veluti *Cardinibus* incumbit. Omnes curas dum regnabant in se susceperant, atque sic totius *Mundi* curis *maximis* obruebantur. Tu verò *Imperator Optime*, *Maxime*, ad *Maxima* natus es, igitur par *Eris Orbi* *Maximo* etiam ferendo, & quod majus est *Regendo* & *Gubernando*. Cujus *Lemma* *TIMOR*: *Lemma* que cuius *AMOR*. Tu *ORBIS* *AMOR*, *Virtutum* *Tuarum* *fragrantia* implebis *Universum ORBEM*, cuius *TE CÆSAREM Romanorum*, & *Regem Hungarorum*, atque *Bohemorum* *Candor* ingenuus fecit: contra *TIMORE* gravi prostrigabis *hostes*, qui *Imperium*, *Regna*, & *Provincias*, bellis continuis laceſcunt atque propulſant. *Nomen* gloriosissimum *Avorum* & *Pventis* *Tui Augustissimi* perpetuò inspicias, ut pariter *Titulos* *Magnos* semper in *ORBE* geras, *Eorumque* facta *Heroica*, & *Virtutes* *maximas* imiteris. His adierit *captis* *Divinum* *Namen* *Olympi*, cuius ad *Auxilium* prospera cuncta fluent. *Patiaris* quæſto *Invidissime* *Imperator*, ut hocce *Desiderium* meum *devotum*, in *frontispicio* exhibeat, *Tue* *Majestatis* *Sacratissima* *gratiam* & *gloriam*: qui, quæ offeruntur, non ex *immenſarum* *Paginarum* *mole*, sed *submissò* offerentis animò æstimare conſuevisti. Porro *Augustissime* & *Invidissime* *Cæsar*, *Vive*, *Vale*, & *Guberna* *ORBEM* *Terrentem*, *Rege* *Josaphat*, *Alexandro* *M. Theodosio* *Imperatore*, *CAROLO* *M.* fortior & fortunator: *Ezechia*, *M. Antonino*, & *Alexandro Severo*, *humanior*: *Salomone*, *Catone*, & *Aristide* justior: *Asa*, *Philippo* & *Epaminonda* perspicacior. Demat ut liceat *Antiquorum* *formulâ* uti, de nostris annis *Supremus* *Arbitr* & *Custos* *hominum*, quantum ad ætatem *Tue* *Invidissime* *Majestatis* augendam, accedere videtur, votisque nostris & precibus, illam vim & efficaciam largiri dignetur, quæ *Communium* *sanctitati* esse solet. Denique *Clementissime* *Imperator*, cum nos pauperes offeramus *Tue* *Majestati* *Sacratissime* affectum qui *subjectorum* est: *Tua* *Majestas* *Sacratissima*, in nos transfundere dignetur affectum, qui *Parentis* & *Augustissimi* *Cæsaris* est. Ita *vovet* & *devotissimè* *exorat* *Tue* *Sacratissime* *Majestatis*,

Humillimus cultor,

Christophorus Parschitius

Extortis.

PRO DVCAS PACEM!

Continud Luctus resonans per CÆSARIS AULAM,
Et gemitus cessent, Fata Benigna monent.
Nam placuit Superis LEOPOLDUM assumere Charum,
In Cælo ut Sanctis confocietur Avis.
Charus erat Terris CÆSAR, Charissimus ORBI,
Et populis Charus, Charior usque DEO.
Secula cuncta canent LEOPOLDI facta per ORBEM,
Cum Pietate gravi, Bella tremenda canent.
Magnanimoque Tibi JOSEPHO tradidit ORBEM,
Tradidit & Fasces, tradidit Imperium.
Tradidit & Populos omnes, Matremque Sorores,
Tradidit & Proceres, subdita Regna, Manu.
Legibus ut Populum Sanctis, Pietate gubernes,
Hostes pessundes, nec sinas esse feros.
Vive diu Cæsar! Vivat Domus Inclyta, Vivat
Imperii Culmen! Vita, salutis Apex.
Tot Tibi Olympiades devolvant stamina Vitæ,
Quot sunt fecundis grana papaveribus.
Et videas Natos, Natasque, semper in ORBE,
Connubii casti Pignora Chara Thori.
Qui Tibi succedant, Tua Regia facta sequantur,
Imperium Mundi sic sine fine gerant.
Vive Decus Patriæ felix! Proceres Tibi plaudunt,
Turba, Cohors, Legio, Tempa sacrata, Scholæ.
Roma Tibi calathis sparget Tibi Lilia Roma,
Atque Triumphales sub Juga mittet Equos.
Et multum rigidis asper Septemtrio Ventis,
Incaluit nimium totus Amore Tui.
Vive Decus Mundi! totus Tibi concinit Æther,
Propicias Populis quæ placere Deo.
Fulmineus terror Turcarum, Belliger hostes
Christiadum felix dissipet atque terat.
Et Galli technis, variisque assultibus instet,
Fortior ut strato Victor ab hoste fiet.
Hungariæ Terras Clypeo defende Salutis,
Pacifces motus MAGNE JOSEPHÆ graves.

Undi-

Undique bella frepunt, Mars sævus regnat in Orbe,
 Et cremat infontes hostica flamma Casas,
 Nulla salus Bello, Pacem Te poscimus omnes,
 Pax adfit Populis, sub juga bos veniat,
 Subditus & Dominus gratò se lumine spectent,
 Perpetuo vigeat confociatus Amor.
 Nulla querela Domos angat, discordia nulla
 Urbes concutiat, confonet alma Salus,
 Imperium crescat, crescant sine crimine mores,
 Oppida culta Soli, pascuva rura, lacus.
 Floreat & Vivat JOSEPHUS PRIMUS in ORBE,
 Austriacæ Gentis gloria summa, Decus,
 Noscitur ex Aquila geminò qua vertice gaudet,
 Hinc AMOR inde TIMOR: Mars & Oliva simul.
 Hinc AMOR atque TIMOR, magno sub Judice certant,
 An fit AMOR major, vel TIMOR usque Tui?
 Tu Populos ut A MAS, populis REDAMARIS, & inde
 Ipse TIMORE gravi Martia tela fugas,
 Crescat AMOR terris: TIMOR omnia Regna pererret,
 Crescat AMOR populi, crescat in hoste TIMOR.
 Omnia vincit AMOR; TIMOR armiger omnia vincit,
 Atque hostes iussit subdere colla jugo.
 Floreat & Vivat JOSEPHUS CÆSAR in ORBE,
 Imperio, Regnis, commoda magna ferat.
 Arceat hinc hostes tetros, procul esse malignos
 Fac jubeat semper qui Diadema petunt.
 Felix ô nimium felix! cui militat Æther,
 Et placidi Venti prælia Justa juvant.
 Felix ô nimium felix! nimiumque beatus,
 Hostes qui sternit Viribus Æthereis.
 Vive diu CÆSAR! Vivat Domus Inclyta terris!
 Vive TIMOR populi, Vive Salutis AMOR.
 Omnia salva Tibi Cœlesti Numine cedant,
 Singula salva Soli, singula salva Sali.
 Militiæ Dux esto Tuæ Deus ipse, Comesque,
 Auspice quo semper Victor & Ultror eris.
 Et postquam longos regnando expleveris Annos,
 ORBE Triumphato Victor ad Astra redi!

CORDE CANTATVM!



Ung VI 4

(x 2743293)



U 17
U 18





MAGNANIMO
 ET
 POTENTISSIMO
 CÆSARI,
 JOSEPHO,
 IN IMPERIO, REGNIS & PROVINCIIS,
 AUGUSTISSIMI ET INVICTISSIMI
 LEOPOLDI,

ROMANORUM IMPERATORIS,
 GLORIOSÆ MEMORIÆ PARENTIS,
 CONSILIO ET VIRTUTE,
 AMORE ET TIMORE,
 TOGA ET MARTE,
 LEGITIMO SUCCESSORI:
 PIETATIS AMORI,
 HOSTIUM PROFLIGATORI,
 LANDAVII EXPUGNATORI,
 IMPERII ET REGNORUM DEFENSORI,
 BAVARIÆ RECUPERATORI,
 OPPRESSORUM LIBERATORI,
 JUSTITIÆ SPLENDORI,
 ORBIS CHRISTIANI PATRI,
 DOMINO, DOMINO CLEMENTISSIMO, &c.
 SOLENNE DESIDERIUM,
 LONGISSIMIS ET LARGISSIMIS MANIBUS,
 DEVOTISSIME SUBMISSUM,
 ET IN TEMPLO ÆTERNITATIS,
 AD MAJOREM DEI GLORIAM,
 CÆSARIS PERENNATURAM ADOREAM,
 OMNIUM SUBJECTORUM FELICITATEM,
 HUMILLIME SUSPENSUM,

Cum Licentia Superiorum Anno M. DCCV. Die 1. Julii.

VIENNÆ AUSTRIÆ, Typis Christophori Lercheri, Universitatis Typog.

entis Belli tempore,
 vicesim;
 csterpires &c,
 a adhuc recordabitur,
 romissum;
 E CAURIAH/
 mplex, pius tamen Mo s
 lum observatus fertur.
 locis exoticis huc venimus,
 XIII, Oppid, In colæ sum us
 m Templum occupavimus
 sacrorum, tum secularium
 DEO, existimus.
 ulnam, & quod excurrit,
 z CONFESSIONIS,
 Piebanis converti,
 m Hæreticos convinci

heradicentē, manserunt;

